



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. LXXXIII. Cracovien. Domus. De retractu coactivo competente ex
dispositione juris communis Ecclesiæ seu loco sacro per text. in I. si quis
sepulchrum ff. de religiosis sumptibus funerum, an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

CRACOVIEN.

DOMVS

PRO

DOMO PROFESSA SOCIETATIS
JESU
CVM
ECCLESIA PAROCHIALI S. MARIE
IN CIRCULO.

Causa disputata in Rota ubi penderet.

De retractu coactivo competente ex dispositione juris communis Ecclesiae seu loco factro per text. in l. si quis sepulchrum ff. de religiosis sumptibus funerum, an procedat contra aliam Ecclesiam; Et de illius requisitis, & quando intret nec ne.

S V M M A R I V M.

1. **F** Atli series.
2. De privilegio Ecclesie circa retrahendum ex l. si quis sepulchrum, ejusque ampliationibus.
3. De ampliatione etiam pro platea palati Episcopali.
4. Intelligendum est moderatè ad limites necessitatis, cui non possit alias consuli.
5. Item non procedit contra aliam Ecclesiam aquæ privilegiam.
6. De declaratione de qua num. 4. quomodo practicanda.
7. Quomodo procedat conclusio de qua num. 5.
8. De praxi dicti retractu contra aliam Ecclesiam.
9. Appellatione demorum Ecclesie vel commendatione ad effectum exemptionis qua veniant.
10. De conclusione quod favore Ecclesie vel pie causa non requiruntur solemnitates statutarie remissive.

D I S C. LXXXIII.

INTRODUCTA lita in partibus inter domum professam Societatis JESU Cracoviae & Collegium beneficiatorum Parochialis Ecclesie S. Mariae in Circulo eiusdem Civitatis super retractu quarundam domorum spectantium ad dictum Collegium pro dieta domo professae amplianda, & exinde per appellationem introducta causa in Rota coram Cerro, habite fuit disputatio sub die 8. Junij 1663, super concessione remissiorie, qua concessa fuit, atque ejus vigore factis probationibus, assumpta disputatione super negotio principali; An scilicet locus esset retractui Ecclesie competenti ex dispositione textus in l. si quis sepulchrum ff. de religiosis sumptibus funerum, illo que proposito sub die 29. Maij 1664. ob aliquam votorum discrepantiam, nulla capta fuit resolutio, neque innoscit; An causa ulteriore rem habuerit progressum.

In hac igitur disputatione non dubitabatur de competitia hujus retractus ad favorem Ecclesie pro illa amplienda juxta dispositionem dicti textus in l. si quis sepulchrum, qua per D.B. prasertim modernos ampliata fuit, nedum ad officinas & alia ipsam Ecclesiam concernentia, ut sunt, cœmet-

Cardin. de Luca de Servitibus.

rium, sacrificia, atrium, & similia, sed etiam ad habitationem religiosorum seu clericorum ipsis Ecclesiis inservientium, quoties in forma Monasterii seu Conventus connechtunt cum ipsa Ecclesia, ut antiquioribus relatis habetur apud Menoch. conf. 1026. Giurb. dec. 86. Surd. conf. 62. n. 10. Franch. dec. 223. Gizzarell. dec. 38. Tappia dec. 7. Rot. dec. 213. p. 2. rec. & in dec. edita ut supra in ista causa super remissoria 8. Junij 1663. Cerro, ac admittitur dec. 372. & 676. par. 1. recent. in quibus pro exclusione dicti retractus respondetur.

Quod privilegium ego vidi practicatum in una Neapolitana disputata coram A. C. in signature inter Archiepiscopum & Monasterium Monialium nuncupatum D. Regina, pro quo scribebam, etiam pro ampliatione arrii seu platea ante palatium Archiepiscopale pro majori commoditate ingressus, & egressus curruum, ejusdemque palatii decore & ornatu; Si enim apud allegatos & alios id extenditur ad viridaria, & alias majors commoditates Religiosorum, multò magis dictum fuit in dicta Neapolitana id extendendum esse ad decorem majoremque commoditatē palatii Archiepiscopalis, dum duplex concurrebat privilegium, unum jam dictum conceitum Ecclesie, ita ut supra ampliatum, & alterum publici ornatus.

Quare in hac disputatione punctus erat in duabus limitationibus; Primo scilicet, quod privilegium practicum moderate ac discretè practicandum est ad limites necessitatis saltem moralis, ac honestatis, non autem ad superfluum luxum, sive ubi alias sine usu hujus exorbitantis privilegii potest esse confutum, ut firmatur in supra allegatis decisionibus 327. & 676. par. 1. rec. Quod ego etiam cum sensu veritatis dicebam in una Romana pro Caffarelli cum Ecclesia Sudarii disputata in Camera, postmodum occasione immutationis status dominus retrahenda concordata; Quod scilicet dum dicta Ecclesia à parte reti habebat proprias domos & areas, in quibus sacrificium, aliasque officinas confruere poterat, admittenda non erat ad retrahendam domum vicini in alia parte laterali, cum hoc privilegium ut potè à jure exorbitans practicandum sit in subsidium, quando alias consuli non potest, ut etiam bene habetur apud Cyriac. controv. 231. Atque ita practicatum fuit in dicta Romana, dum Ecclesia obtinuit solūm per concordiam quendam modicum situm pro ampliatione seu meliori structura apsidis vulgo facciata.

Et altera erat limitatio, quam in his terminis plenè probat Vaienzuel. conf. 18. ac etiam Ricc. dec. 59. par. 3. ubi testatur ita decisum per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, & refert Novar. super pragmatum collectan. 138. nu. 7. quod scilicet dictum privilegium non procedat contra aliam Ecclesiam, ex regula seu axiome, quod inter privilegiatos privilegia conquassantur, de qua post antiquiores Trenacinq lib. 1. var. titul. de rescript. & privil. resol. 1. Franch. & adden. dec. 188. Barbos. axiom. 19 o. n. 1. ubi late concordantes.

Quatenus pertinet igitur ad primam limitationem, advertebam cum Cyriaco dict. controv. 231 in principio, nullam cadere questionem juris, sed illam esse nudi facti, ac proinde non recipere certam & generalem determinationem, ut potè decidendum pro judicis prudenti arbitrio, regulando ex singulorum casuum particularibus circumstantiis suadentibus, an adsit nec nè necessitas præcisa vel saltem moralis, unde propterè habemus in supra allegatis decisionibus, quod Rota variavit,

modò admittendo, modo negando istius privilegii usum, & sic totum pendebat à probationibus facti in quo aliqua erat inter partes discrepancia, an ista necessitas ampliationis adeser necne, & in quo juxta satis laudabilem Curia stylum nullæ sunt Advocatorum partes.

Iuris ergo disputatio fuit super altera limitatione, ut hoc privilegium non procedat contra alteram Ecclesiam ex dicta regula conquisitatis privilegiorum inter quæ privilegiatos, & in hoc cum punctus nimium superficialiter tractetur per Ricciūm dicta dec. 59. immorando solum in generalitatibus; Dicebam scribens pro domo professa retrahere volente limitationem esse veram, sed fallaciam consistere in applicatione, cum illa procedat, quotiesquæ concurreat idem privilegium in eodem genere vel in eadem specie, ut dicta regula seu axioma concursus duorum privilegiatorum intelligi debet, quando scilicet utriusque tam agendo quam excipiendo idem privilegium in specie competit, ut bene Trentinique dicta resolutione prima n. 3. & sic ubi Ecclesia, contra quam iste retractus intentatur, indiget domo retrahenda pariter pro ejus ampliatione, vel ornatu, seu majori commoditate, sive quod ædificium per Ecclesiam retrahentem in domo retrahenda confruendum considerabile præjudicium generaret alteri Ecclesiae, contra quam retractus petatur, & hic est casus, de quo agit Valenziol. dict. conf. 18. destruendi scilicet cappellam pro constituenta seu amplianda Sacra-
stia, quoniam non debet discooperiri uniuersitatem altare, ut alterum cooperiatur, ac propterea intelligentium est, ubi Ecclesia se opponit tanquam Ecclesia & pro ipsius Ecclesia, ejusque annexorum servizio vel præjudicio, secus ubi agitur de dominibus vel areis iure privati dominii per Ecclesiam possessis ad usum conductitum, seu alios usus prophanoꝝ à cultu vel communitate Ecclesie alienis, ut in hac facie specie per istam partem supponeretur, licet per alteram controverteretur, quod scilicet essent dominus dellinatae habitationi beneficiatorum, actualiter tamen ibi non habitantum, tunc enim tale privilegium intrare non videtur, ut de facto habetur practicatum contra aliam Ecclesiam dicta dec. 21, par. 2, rec. ac etiam in Neapolitana laudem coram Cerro & Coccino, decis. 474, & 434, par. 9, rec.

Ad quod probandum, ultra praxim, de qua in proxime allegatis decisionibus, in quibus canonizatur iste retractus in domibus per alias Ecclesias possessis, deducebam ea quæ habentur in Farentina sub. tit. de jurisdictione dicitur 4. super exemptione eorum qui vivunt intra domos Commendatarum Religionis Hierosolymitanæ, quod inrelinquitur de illis dominibus, quæ destinatae sunt pro fixa habitatione Commendatoris tanquam per speciem Conventus non autem de dominibus in privato dominio possessis conductitum, seu ad alios prophanoꝝ usus de-servientibus; At etiam ponderabam ea, quæ habemus circa limitationem solemnitatem statutariorum in contractibus mulierum vel minorum adhenderarum, ut non requirantur in iis, quæ sunt favore Ecclesie vel causa pia, quoniam intelligitur, ubi actus sit principaliter ex motivo pietatis & pro salute anima erga Ecclesiam tanquam Ecclesiam, seu causam piam, non autem in contractu correspeditivo, in quo Ecclesia vel pia causa gerat personam privati contrahentis ut in Romana censu 17. Martij 1653. coram Bevilacqua, de qua habetur actum sub tit. de contractibus pro Clementia Cecibina cum similibus.

ROMANA PRETH

INTER

MONASTERIUM MONIALIUM
S. CATHARINÆ DE SENIS,

ET

JULIANUM BUTIUM.

Votum consultivum.

In retractu per Ecclesiam seu Monasterium intentato ex privilegio legis *Si quis sepulchrum*, vel simili ad ædificium de novo ab aliquo constructum, quale premium reficiendum sit, an scilicet quantum opus valeat, & estimatur, vel potius quod est impensum; Et an ille qui retractum patitur prætendere possit damna & interessus lucri cessantis vel damni emergentis pecunia in opus erogatæ pro eo medio tempore.

SUMMARIUM.

1. F' Ad series.
2. Retrabens tenetur resarcire retrahenti omnes ex penas, omniaque damna & interesse.
3. Etiam de ratione naturali dicta resarcio facienda est ei, qui patitur retractum.
4. An resarcienda sint damna & interesse lucri cessanti vel damni emergentis ob sua pecunia otiositatem.
5. Dispositio text. in l. curabit C. de action. empti precedit etiam favore emptoris.
6. Resarcenda etiam sunt meliora menta, sub quorum ien expensarum nomine venit otiositas pecunia in tempore necessario ad operu perficiendum.
7. Annus quis oportet pro legibus facienda, & cultura, autem quæ concurreat ad recollectam & fructuum perceptionem.
8. De rationibus & circumstantijs, ob quas retrahens tenetur resarcire etiam danorum otiositatis pecunia.

DISC. LXXXIV.

Mit Butius à Robertis pro scriptis 2300. quemdam situm constitutum ex ruinis, seu reliquiæ balneariorum Pauli, ubi quadam dormuncula & horrea constructa erant, ad effectum inibi construendi, ut de facto construxit, conspicuum domum, quam opinantes Moniales ibi contigui Monasterii S. Catharinæ de Senis sibi præjudiciale esse utpote aliquam servitutem prospectus inducendum, retrahere determinarunt ex privilegio eis de jure communii competente ex text. in l. *si quis sepulchrum* & *de Relig. & sumptibus funerum*: Cumque ad evitandas judiciales controversias desuper obrinuerint præcium & determinativum chirographum Pontificium, cui Butius parere promptè se obtulit, solaque controversia reduceretur ad pretii liquidationem, excitavit dictus necessarius venditor prætensionem coram Cardinalibus Brancaccio & Pio concorditer deputatis, quod sibi resarcendum esset, non solum id quod de facto, tam in emptione situs,